52.

52.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

197

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

R. 102

65. fox.

Meliori Prometheo,
Ignis à Deo divinitus illati in terras
Inductori,
Hominum ad superiorem, divinioremq; vitã
Efformatori.
Doctori huius seculi sapientissimo.

ILL.mo D. D. D.
DOMINICO
De Orueta.

In Salmanticensi olim Athenæo Philosophiæ, ac Theologiæ Sacræ Primi. M
Divi Bartholomæi maioris Collegij togâ insignito,
In eiusdem Salmanticæ Venerando Capitulo Canonico, Scholarum
Magisterij dignitate illustri
Ac nunc, maiora occupaturo, Almeriensis Episcopatus Sedem tenenti, Catholicæ Maiestatis
A consilijs.
Poeticum hoc certamen pro debitis referendis gratijs,
Amoris tesseram, observantiæ pignus, gratitudinis monumentum,
Ignigena Granatensis Iuventus D. O. S. A.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Epistola dedicatoria.

P. Ferdinando Fansino

Quę fabulosi Prometheo in Academia aram erexit, eadem tibi, Princeps Ill.^me^ Prometheo prestantiori, tanquam humanissime aræ, hanc nos cogit Academiam dicare beneficij memor antiquitas. Nam licet tuis maximis beneficijs, quę summa cum voluptate nostra per-sępe vidimus, par ulla gratia non sit, aut esse possit; his tamen flosculis, parvo hoc munusculo qualiter in te nos animatos esse, publico quasi testimonio, firmare voluimus: neque enim (pro nobis Symmachus) mea devotis dignioses potuit invenire precones. In ea aliquas laudes invenies; non quidem quę tuis debentur factis, quę summę sunt, et a politioribus ingenijs tuę sunt virtutes ęternitati commendandę: siquidem Principi non minus optandum animi imagini elegantiorem Predicatorem contingere, quam corporis simulachro artificem optimum. Verum, quoad tua permisit modestia, ingenio tenui nostro tui animi, tuarum virtutum effigiem ducimus exprimendam: [3] id enim summa quęque magnorum Virorum facinora vendicant sibi proprium, quod celebratione careant promerita, si minoris in-

Apud Natalē mythrolog. lib. 7. fol. 313

Symmach. lo. epist. 61.

S. Greg. Nazian. orat. 11. in laudem Gorgonię ait: laus his viris maxime debetur, per quam immortalem memoriam eorum reddere queamus.

Cic. pro Archia: animum statuas et imagines non animorum simulachra, sed corporū summi homines reliquerunt... virtutum nostrarum effigiem non multo malle debemus summis ingenijs expressam, et politam.

3 Symmach. 8. epist. 22. — careret quęque facta magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset.

BIBLIOTECA DE SANTA CRUZ VALLADOLID

UVA.BHSC

[4] Plutarch in lib. an seni sit ger. Resp. — enim vero gratia benigna facti testimonium perhibens, ac laus cum Virtute certans, dux, et auctor iustae benevolentiae, tanquam lumen, et nitorem aliquem gaudiis de Virtute concepto adiiciunt.

[5] Mart. lib. 8. epi. 50.

— [6] Si legeris
Plus multo debitur hic est
Quàm debet Domino suo
libellus.

Martial lib. 6. epi. 50.

genij Perquant testimonium. Additque haud paululum nitoris[4] gratia, quae cum Virtute ipsa laudando contendit, duxque, et auctor iustae, ac debitae celebrationis est. Ideo hoc impolitum opus, haec illimata carmina tuis promeritis nostroque grato animo servire Volumus iuxta illud Ovidij lib. 4. de Ponto eleg. 8

Nec tamen officio Vatum per carmina facto,
Principibus[5] res est aptior Ulla Viris.

Parvulum haud negamus munusculum, et quod plus, dum[6] legeris, tibi sit debiturum. Verum maximo affectu, et observantia datam pro humanitate tua magni index muneris noscimus a te accipiendam coronam hanc ex humili contextam hedera.

Nos quoque quod Domino carmina parva damus
Posse Deum rebus pariter, musisque vacare
Scimus, et hoc etiam festa placere tibi.[9]
Ter Vates, Auguste tuos: nos gloria dulcis:
Nos tua cura prior, delitiaeque sumus.
Non quercus te sola decet, nec laurea Phoebi:
Fiat et ex edera Civica nostra tibi.

Quod superest enixe Deum precamur, Ut te, Princeps Ill.me communi orbis, ac nostro bono servet quam diutissime.

UVA.BHSC

Ludi Apollinari indicti.

P. Ferdinando Campino

Insolita Vos alloqui in praesenti vellem dicendi Vi, Ignigenae Vates; insuetum namque Poësis ardorem Vestra expostulat in benefactorem gratitudo, qui tot, tantisque beneficijs de Societate Parente nostra optimè meritus, Musas Vestras, si unquam, ut ferat antiquitas, nunc potissimum Gratijs associatas sibi Vereri efflagitat.

Lilius Girald. synthagm. de musis ait, Gratijs esse coniunctas Musas

Matremque Musarum auxi ego memoriam sic apud Aeschylum Prometheus. Neque inepta est Vestris carminibus illius Promethei imago, rerum Divinarum ac Philosophiae Doctoris ex sententia Theophrasti, qui coelesti delato igne, vitales spiritus hominum generi infudisse, ac illud Deo simillimum effecisse fingebatur. Sulmonensis sunt Verba:

Aeschylus in tragoed.

Theophrast. in suis commentarijs.

Ovid. Metamorph. I.

Sive recens tellus seductaq. nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina coeli;
Quam satus Iapeto mistam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum

Etenim sub hac non incongrua umbra, tanti Principis acquiescens modestiae, gratus animus Vester huius seculi in Philosophicis, ac Theologicis Doctorem

UVA.BHSC

Almeriensem Antistitem celebrare poterit meliorem Prometheum. Nam si cœlesti igne ille vitam tradidit hominibus; noster hic Princeps potiori, quàm ille, iure à Sophocle nuncupatus

Sophocles in Œdipode in Colono

Intus ignifer Deus Titan Prometheus

hominum animas divinum efficit respirare ignem: si ille usum ignis in terras intulit; hic ignitam illius Ignatij, ignem iacientis, prolem in suam ditionem inducit, in orbemque terrarum desiderat: si ille ~~[illegible]~~ barbaros homines sanctis legibus ad politiorem vitam efformavit; cœlestis hic vitæ rationem Divinarum legum observantia inire edocet.

Natali in mythol lib. 4. fol 379.

Quapropter igneos Poëtici ardoris induite spiritus: Lampadiphoria instaurate illa, quibus (si Natali fides illa adhibenda est) suo se gratos Prometheo probavere veteris memoriæ homines, qui cum luminis beneficium ab ipso ferrent acceptum, facum, ac luminum certamine, et ludos gratiam studuerunt referre. Vivida ergo ingenij vestri face equo, pro viribus, cum beneficus cursu coronetur inextincta: lumen ab ipso mutuatum, haud immemores, Prometheo vestro reddite.

Iulianus Poëta Græcus

Non illa ipsius apud Iulianum iusta querella de vobis sit iacta

Lumina sunt artis nobis inventa; sed ignis,

atque

Atque repertori grandia damna ferunt.
Ingratum genus est hominum———
Iapeti conqueratur filius de hominibus illis, qui, Vt Nicander refert, perpetuam iuventutem, ceu ingratitudinis premium, à Iove impetraunt: de Vobis vero nulla querella sit, quibus, Vt facile conijcere est, non puto, premium erit illum, perpetua frui iuventa: clarius dicam: ad Senioris, seu Sacerdotij statum ab ipso non esse promovendos, poena erit mihi, ac Vobis acerbissima.

Nicander in Theriac.

Eia igitur, Granatenses Vates, Vestris carminibus, gratitudine Vestra in omnem fiat eternitatem certissimum, certum illud ab omni eternitate.

Que data sunt Vati munera semper habet

Faustus Andrelinus lib. 1° Carminum

Antiquitatis exemplo edocti, Apollinaris huius ludi Auctores, ac Pierides Musas ipsas invocamus, constituimus, numinique peneς ipsas singulas sit singula designare argumenta

UVA.BHSC

1.^y Certamen

Carmina Calliope libris heroica mandat

Prima Calliope Principibus, ac Viris illustribus perpetuo associata, Poëseos inventrix, nostri Principis ardentissimum zelum, quo, ut homines coelesti, ac Deo simillimâ informaret animâ, in coelum, ignem allaturus, evolare coactus est, argumentum offert heroico Poëmati iuxta illud Ovidij Metamorph. I.

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum

2.^y Certamen

Melpomene tragico proclamat moesta boatu

Cothurni, non maiestate, ad tempus Velicti, Melpomene Vota, ac desideria, quibus informe genus hominum, ignem, Vitam suam, per Prometheum impetrandum, expetebat, materiam suggerit Elegiis aptissimam ad illud Sulmonensis ibidem:

Sanctius his animal, mentisque capacius altae
Deerat adhuc ———————

3.^y Certamen

Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget

Tibiae Magistra, Euterpe Pastoritiam excitat fistulam ad Tanti Principis in sibi subditos humanitatem, amorem concelebrandum iuxta illud Nasonis Tristium lib. 2

Idque facis, nec te quisquam moderatius unquam
Imperij potuit fraena tenere sui.

4.^y Certamen

UVA.BHSC

4.^a Certamen

Clio gesta canens transacti tempora reddit
Egregiorum facinorum suo cantu reparatrix; Clio
ad gratulationem, Prometheo faciendam, de electi-
one ignis inter alia elementa ad informandos homi-
nes, Lyram incitat iuxta illud Aeschyli in tragedia.

Artis magistrum ignem (fuit namque is viris
Magnum iuvamen, pluribus perutile)
Inveni ___________

5.^a Certamen

Urania coeli motus scrutatur, et astra
Rerum omnium scrutatrix, Urania Epigrammatarios
inquirendum commendat: cur noster Prometheus
hospitium apud homines Ignigenas acceperit?

6.^a Certamen

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu
Animi affectuum aestimatrix, Polyhymnia in ex-
plicandis erga nostrum Principem studiis optionem
facit hieroglyphicis, Impresiis, ac emblematibus, dum-
modo ad scopum pertineant.

7.^a Certamen

Comica lascivo gaudet sermone Thalia
Ne ansam Cupidini praebeat ad aspernandam vene-
rationem, quam in Musas habere, ipse Cupido

UVA.BHSC

in quodam dialogo

apud Lucianum fatetur, comica Thalia, poenitentia permota, de cetero pollicetur, à verbis parum caitis cessare, petitque, ne per otium propositum excidat, et illam Plossographus adiuvare non gravetur, in confiriendo eos hoc pentametro glossemate

Ignifer ignitas concupit ipse faces.

Vel in annectendis his vocibus

Luce ——— ——— Urit

Igne ——— ——— Micat

Lumine ——— ——— Fulget

Ignis ——— Inest.

O estas glosas Españolas

Si à todo el Orbe pudiera
Estenderse vuestra llama,
Pues que vuestro pecho inflama
Tambien al Orbe encendiera.

O este verso:

Entre cenizas vuestras llamas vivas

8.º Certamen

Terpsicore affectus citharis movet, imperat, auget
Inter tam gratos vates, supercilium deprimens, insinuat solum Terpsicore, anagrammata non esse desideranda: pro eis autem optio datur.

UVA.BHSC

9.º Certamen

Plectra gerens, grato saltat pede, carmine Vultu Varietatis non fastidiosa, Erato, Utpote quae docta est multis modis sese in choros immiscere, Varium opus Curioso Vati committit.

Si el cuydado de lo principal embarga los sentidos todos, para no mirar à lo accesorio: por eso todas nueve Musas permiten, sirvan Poesias Españolas à qualquier asunto de las Latinas; que es bien se cortege de todas suertes à un Principe, que de tantos modos, y por tantos medios se empeña en favorecer, segun su humanidad, à sus Jesuitas

Leges

Cum amor, et gratitudo in carmina provocant, non tam incitare, quàm continere studiosos, ac gratos Vates legibus esse debet summa, ac praecipua cura: ideo solum terminum praefigunt carminibus.

Heroicum ergo Poema ultra sexagesimum Versum non progrediatur.

Elegiacum trigesimum distichon non excurrat.

Lyricum quadragesimum Versum non praetervolet.

Bucolicum in quinquagesimo sistat.

Epigrammati Vertatur Vitio, ultra septimum distichon provehi.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

P. Ferdinando Cansino

Panegyrica fabulæ expositio

Non adeo mentibus obcæcati prisci extitere sapientes, ut quæ, vel mediocri ingenio omnino incredibilia, in id adducerentur, homines quidem sapientissimi, ut fide quasi cæca crederent. Sed cum opulentum sapientiæ thesaurum ignaræ prorsus plebi, ac inertibus ingeniis commissum exponere periculosum præviderent, ne, ait Proclus, apud ignaros contemptum, apud studiosos vero segnitiem veritas ipsa pareret facilis intellectu, tot, tamque implexis fabularum involucris eam obvelarerunt. Ita quidem, Prometheum effinxerunt, homine è terra elaborato, Minervæ scientiarum inventricis, ac parentis iuvamine penetrasse cælos ipsos, ferulaque ad Solis rotas admota, ignem, quo lutea illa hominis fabrica vitales hausit spiritus, detulisse suffuratum.

Proclus in sua lucubratione

Verum ut tot commentis, quasi tegumento quodam celatam, veritatem detegamus: Prometheus à providentia nuncupatus, vir prudentissimus apud Servium habetur, qui anno orbis conditi ~~ter~~ millesimo quingentesimo, octogesimo quarto natus, ut Augustini fert opinio, sub Criaso V Argivorum Rege, sub quo etiam Moises floruit, relictis domo,

Servius in Ecloga 6 Maronis
Aug. de civitate lib. 18. cap. 8.

UVA.BHSC

ac Parentibus, in Assiriam se contulit, addiscendi studio permotus. Ubi apud Caldeos tantum profecit, ut qui doctissimus haberetur inter homines, hominum etiam duceretur effector; homines enim ferarum more viventes per leges sancte pie que conditas ad politiorem efformavit vivendi rationem; ideoque ad homines è cælo ignem detulisse per commentum dicitur, Comes ait Natalis; quia mortalium primus rerum divinarum, ac Philosophiæ cognitionem hominibus ostenderit: et sane homo iners, sine scientia brutum, à sapiente edoctus, absque figmento ullo homo dici potest efformatus. Non enim tam natura, quam naturæ perfectio, à sapientia mutuata homines efficit, effingit.

At vero commentitij, et veri Promethei imago, quam appositum sit schema, sub quo, te, Princeps Ill.me gratitudo nostra adumbratum concelebrat, pervium, ut opinor, erit omnibus, qui noverint, te, vel à pueris, relictis domo, ac parentibus, Salmanticam non modo Hispaniæ totius, verum etiam Orbis Universi scientiarum domicilium, literarum lenocinio allectum petijsse: Ubi celeriter omnibus ita ingenij gloria antecellere contigit, ut in Philoso-

phicis

UVA.BHSC

phiciis, ac Theologiis primarius Magister ex-
stiteris, totque ad Philosophiæ, et diuinarum
rerum cognitionem efformaveris, quot te nacti Ma-
gistrum, ac Doctorem sunt experti.

At demum (ut omittam quantum
Salmanticensis Ecclesiæ Capitulo honoris, ac digni
tatis dignitate, et honore tuo attuleris) Almer-
iensis Episcopus creatus, modo quodam diuino
homines effingis. Nam Minervæ (siue sapien-
tia tua sit, siue intemerata illa Virgo Dei Mater,
cuius es obsequio summè addictus) adiumento
excitatus, Empyreum concendis ipsum, ab illoque
Iustitiæ fulgentissimo Sole ignem impetras, diffun-
disque, ut superiorem, diuinioremque vitam
habeant omnes illi, qui te præsentem Prometheum;
neque enim abs te nostra superior, ac cœlestis vita
per ignem hieroglyphicè designatur, teste Pierio. lib. 96. de lu-
cerna fol. 394.
Hanc vitam in omnes inspiras, hosque respirant
ignes Almerienses tui, quorum animos ad sem-
piterna illa contemplanda exigis, excitas, in-
ducis; ita ut omnibus, qui te vident, et mirantur,
fax illa appareas Euangelica ab Assertore nostro
per hieroglyphicum expressa, ac super candela-
brum constituta, quæ sibi ardens, omnibus lu-

UVA.BHSC

cem, depulsis tenebris, lumen Unicuique suum subministrat, quo veluti consumenti quodam igne, Thetidos arte edocti, morta-litatem exuerunt, immortalemque vitam per-purgatam conservant. Testes appello non modo Almeriensem Ditionem tuam; sed terrarum etiam universum orbem, ad quem ardoris tui fiminus flamma, quam tandem non sine argumentis gravissimis venturam praesagi-mus, splendor saltem pervenit. Testem igitur orbem advoco, qui tali igne flagrantes Alme-rienses videns, eos praedicat felicissimos.

Et sane iterum, ac tertio felices Almerienses, qui, haud ignorantes, igne tanquam amoris symbolo Aegyptios usos fuisse, è flam-ma ista tua sui in te amoris flammas accen-dunt, arctissimoque gratitudinis vinculo utramque constringunt facem, mutuum Principis, ac Subditorum amorem ostendentes. Etenim fax accensa tua Almeriensium facem annectit: dum Vigilantissimus Pastor mysticas oves pabulo salutari depascis, rapacissimos ab ovilibus ar-ces lupos, et siqua in eorum ora inciderit mi-nus cauta, è faucibus exigis: dum veluti filios

Duo faces vinculo constrictae mutui amoris Indicium sunt apud Pierium vol. 3 fol. 393.

gremio

gremio tuo omnes complecteris, fovesque eorum
que inopiam solicitus Pater levas largissimè.
Ipsorum vero pax, pacem devincit tuam;
dum affectu, quo possunt maximo, debitas
reddunt grates, tuum Pastorem, communem
Parentem semper in ore, animoque habent,
è cæloque divinitus elapsum ad cælum refe-
runt meritis, ac summis laudibus.

Neque solum Almerienses felices:
nos etiam fortunatos Orbis veneratur Univer-
sus, dum ignem nostrum, tuo associatum
in tantam videt flammam excrescere. Igni-
namque cælestis ille, divinitus in terras illa-
tus, Ignatius ille in igneo tuo pectore sphe-
ram invenit suam, tantumque in illa accen-
ditur, ut, dirupto pectore, tot fulmina, hu-
manos animos inflammatura, iacias, quot igni-
genas Jesuitas per Urbes, et vicos Ditionis tuæ
immittis. Almerienses autem tui salutarem
sentientes profectum, tuum inter, et igni-
genarum spiritum dissimilitudinem non agnoscunt:
pro suaque explicanda gratitudine Martialis
illud assumunt:

Ergo agimus læti pro tanto munere grates: Lib. 12. epi. 9.
Misisti mores in loca nostra tuos.

UVA.BHSC

At cum ignis clare natura sit, sibi assumere, et absumere materiam omnem, non multum divinare, si dicam, igneum virum zelum non sine speciali Dei providentia dignitatem istam occupasse; Utpote qui igni nostro largissime, qua sese alat, ac sustineat, orbem combustive vis Universum, suppeditabit materiam.

Atque ad rem nostram non incon-
Pierius lib. 59. fol. 90.
„ grue Valerianus ait Pierius: ignis Virtutem
„ sub Vulcani, hoc est, hominis forma fingebant,
„ in cuius capite pileus erat caeruleus, aetherea
„ symbolum Regionis, Ubi integer, purusque
„ ignis invenitur: nam qui e caelo in terram di-
„ lapsus est, cum imbecillior sit, materiaque in-
„ digeat, ac fomento, claudicans fingitur, Ut
„ qui se ipsum, nisi baculo innixus, sustinere
„ non possit. Aurea haec Verba Pierius, quibus, non alijs expressimus, hic noster designatur pileatus ignis, aetherea Regionis symbolum, Ubi purus Utpote in propria sua sphaera invenitur; neque enim infitiabitur ullus, minimam hanc nostram Societatem, Dei opus per Ignatium, aut ignem, sub homine, aut communis Vitae forma puriori ignis sphaeram esse. In terras autem dilapsus, sive ex centro, aut caelesti sua

quiete

quiete per orbem, orbis lucrandi causa, immissus, te Pastore, tuo baculo opus habet, ut se sustineat, ut fomentum inveniat, ut combustibilem materiam in se transformet. Perge igitur quo coepisti, Princeps Ill.me zelo igneo, ac ardori tuo cura sit, ut hos nostros tuos ignes, quos amore refoves, in animarum foveas salutem.

Illust.mo D. D. Dominico de Orueta Almeriensi Episcopo Poeticum Jesuani Ludi Certamen Elegia dedicat.

Accipe (magna precor) vultu, Pater alme, benigno
Hoc, in te nostri pignus amoris, opus.
Tanto digna viro puerilia dona negabo;
Aest haec Caelicolis sunt quoq; grata magis:
Saepe Deos videas parvo vel munere laetos;
Exigua ante aras hostia saepe iuvat.
Magna dabunt alij; sed non tibi gratius ullum:
Doctis una viris docta Minerva placet.
Invenies laudes gracili cantatus habena
Ipse tuas, grandi qui celebrandus eras.
Sed quae digna chelys te te cantare putanda?
Deficit en certe nostra, nec ulla sat est.
Seu te Maeonius fidibus laudarit Homerus,
Seu Romanus olor, quilibet impar erit.
Te tamen audaci tentamus dicere cantu:
Tentasse in magnis quis neget esse satis?

UVA.BHSC

Hic referet Vates, ut Salmantina iuventus
Te mirata olim, teq; secuta fuit.
Utq; Togâ insignis populo, gentiq; togatae
Pandisti arcano dogmata sancta sono:
Illi dixeris Sophiae, Primaq; Cathedrae
Praeceptor sapiens, eloquioq; potens.
Huic laus dicetur Cantabrica, Bil-quoque-bai
Te nascente volans iam super astra decus:
Extollent alij Baculumq; sacramq; Tiaram,
Et Pastoralis muneris acta tui:
Alter in Illiberim adventum gratabitur, inque
Pectora Iesuadûm, Iesuadûmq; domos.
Ast alius Superos te decedente movebit,
Et volet heu! manes voce ciere miser.
Accipe: Patrono te, ut eat quocumq; Libellus,
Invidiamq; (ut eat docta per ora) preme.
Accipe; et intereà absentum ne sperne dolorem:
Huc iterum redeas: secula mille redi.
Ô sospes redeas, Princeps, huc secula mille:
Sospite te, Ignacidum Gens quoq; sospes erit.

V.ae Illust.mae genibus provolut.

Andreas Balzola

UVA.BHSC

Primum certamen
Calliope

Heroicum Poema.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Melioris Promethei

Ardentissimum zelum, ignemque cælestem,
quo hominum molem adhuc rudem
informavit
Epos canit, ad illud
Ovidij
primo Metamorphoseos

Finxit in effigiem moderantum cuncta
Deorum.

P. Joannes de Candia

Quis novus in nostro penitus sub pectore clausus
Ignis, et ardor inest? Quæ nunc præcordia flamma
Urit, et insolitis mentem fulgoribus ambit?
Ignis adest (nec vana fides) Prometheus ille,
Quem toties votis, precibusque petivimus omnes,
Iam felix tandem nostros habitare recessus
Dignatur. Quales non tendit semper in ausus
Vera fides? Quos non vincit, superatque labores
Purus amor? Sed qua digne tua facta referre
Voce queam, Præsul meritissime? singula sordent
Verba, quibus meritas possit depromere laudes
Gratus amor. Procul hinc vani, trepidique timores
Musarumque chorus mendax, et inanis Apollo;

UVA.BHSC

Nam mihi pro Phœbo lumen Princeps que Regentum
Dexter adest, dignoque fluet sic carmen abore.
Eia age, Divinum tanti super æthera zelum
Hospitis extolle: ardentes caua lustra Leones
Desonant subitò, volucrumque relinquat amænum
Musica turba melos; Eurusque Notusque furentes
Contineant flatus: magnum hoc decet argumentum.
Ignifer Historias postquam Prometheus hausit
Leniter, et plenam tribuit prudentia mentem,
Sedulus evolvit Libros, lustratque Lycæum
Sollicitus, dubiamque sagax scrutatur, et ambit
Naturam, illiusque bibens secreta, deinde
Sydera grata subit, Cælosque penetrat, et altâ
Mente capit tacitusque Tonantis operta recluse
Pervigil indagat Triados Mysteria, tandem
Agmina circundant iuvenum, ausultantq.³ Magistrum
Fama volat, meritumque suâ virtute Theatrum
Quærit anhelantem sublimes spernere honores
Ast vbi Pastoris munus soliumque recepit,
Terrigenas intendit amans renovare, polumque
Ascendens velox, Divinas pectore flammas
Detulit, informem moderantum cuncta Deorum
Finxit ad effigiem molem Prometheus igne.
Nec satis; ardenter socios, quos ducit Iesus,

UVA.BHSC

Convocat igniferos; illi data iussa capessunt,
In partesque volant varias, perque omnia fundunt
Ore faces, rabidoque movent fera bella Barathro.
Proh Deus! Et quantis iaculantur corda sagittis
Pectoris igne tui calefactis? Ignis ubique
Cernitur esse tuus, superâ delatus ab arce,
Quo scelerum exitiosa lues cadit, alma resurgit
Virtutum veneranda cohors, nova nascitur ætas
Præteritis melior, meliora sub auspice tanto
Sæcula nascuntur, cunctum mansura per ævum.

Si es connaturalizada passion en los Españoles estimar tanto su idioma que le dan en rostro los estraños, solo el respeto devido à tan gran Principe le pudiera obligar à violentar sus deseos de manifestar su gratitud, y amor: pero juntando en vno respeto, y natural obsequio, cediendo el primer lugar à la Latina, se introduce alternando la Poesia Española ——————

Primicias de su vena le dedica — P. Franciscus Delgado
Calyope al Prometheo mas Zeloso:
El fuego canta, con que vivifica,
Juntando à lo encendido lo ingenioso.

UVA.BHSC

No del nevado Cisne el dulce canto
Postrimero imitar osado intento,
Si aquel de Memnon celebrado encanto
De oculta Lyra concertado acento,
Que al recoger la noche el negro manto,
Pulsaba el Dios de Delo con su aliento:
Porque usada destreza no me inspira,
Sino la nueva luz, que el mundo admira.

Del elevado Pindo hasta la cumbre
Subirè, y de Aganipe los crystales
Con labio lleno beberè, y costumbre
Supliràn de su riego los raudales:
Que mis pasos govierne clara lumbre
Me prometo hasta ver sus manantiales,
Porque el Numen, que al canto favoreçe,
O es el Pastor de Anfriso, ò le pareçe.

El fuego cantarè, con que en bolcanes
El Prometheo zeloso al mundo enciende,
Y de su inquieta llama los afanes,
Con que à immortal descanso el hombre asciende,
No del Dios ciego insanos huracanes
De arrebatado amor mi Lyra emprende;
Porque este abate, ciega, y mortifica,
Aquel erige, alumbra, y vivifica.

Dela

UVA.BHSC

De la Celeste Casa, ò sacro zelo,
Que si comes el pecho, lo acrysolas
Y hazes que suba con ligero buelo
Luciente llama de turbadas olas:
Que es tan activo tu vigor, y anhelo,
Con que al vicio consumes, y lo assolas,
Que al Carambano elado en ascua mudas
Y en incendios el mar volver no dudas.

No de otra suerte con virtud fogosa,
Quando yerto el madero se le arrima,
La piedra Ignacia siempre milagrosa
Con aliento vivaz de fuego anima,
Y el tronco rudo, en llama luminosa
Convertido, lo humilde desestima,
Pues si antes apesgado al duro suelo,
Veloz aspira por subir al Cielo.

Vn empinado monte Lycia admira
De ardor tan caudaloso, y de centellas,
Que en fuego excede de Faeton la pyra,
Y en luces sobrepuja à las estrellas:
En bocas se abre, siempre que respira,
Globos de fuego bomitando de ellas,
Con que el mundo, si el mar no los sorbiera,
En diluvio de llamas pereciera.

UVA.BHSC

Assi los rayos, que tu ardor dispara,
Al orbe vigorosos encendieran:
Si dilatado espacio, enque lograra
Su perfeccion el curso, ellos tuvieran:
O si el Cielo los fines ensanchara
De tu Region! que presto arder se vieran!
Pues quien tu ardor contempla dice luego
Es corta esfera la de tanto fuego.

Acertado consejo el que te acclama
Del Prometheo mejor vital aliento.
Y el que de Ignacio te apellida llama
Es sin duda ajustado pensamiento:
Si aquel para arrojarla hurtò la llama,
De Ignacio el nombre explica este ardimiento.
Mas si à mi opcion tu nombre se dexàra,
Con el nombre de Ignacio te llamara.

De su mano la Diosa te llevava,
Del celebro de Jove parto hermoso,
Sabio Prometheo, quando registraba
De los astros tu vista lo fogoso,
Y tu cuydado solo codiciava
De la Gloria maior lo mas lustroso:
Pues todo su trabajo en quanto gyra
A sola la salud del mundo mira.

Quan=

UVA.BHSC

Quando assi el Campo de Zafir pisaba
Tu espiritu de Pallas conducido
El Cherubin lo sabio contemplaba:
La Inteligencia amante lo encendido,
Y hacerte cada vno procuraba
Numero de su Choro el mas lucido:
Y con razon: pues junta la harmonia
Del vno y otro Choro en ti se via.

Mas aquel, que con zelo sin segundo
A la Gloria de Iove siempre aspira,
Queriendo en fuego convertir al Mundo,
De los dos la contienda atento mira,
Y con estilo de Orador facundo
Del codicioso empeño los retira:
Que vn zelo sabio solo pertenece
Al que sabio, y zeloso lo merece.

Quando en su exaltacion Apolo brilla
Es mas vital al Orbe su carrera,
Y aquella solo pudo conseguilla,
Quando en su propria Casa reverbera:
Siglo dorado, y vida sin manzilla
Tu fuego nos promete ya en su Esfera;
Mas ay dolor! que en breve se retira,
Y toca à suspension mi triste Lyra.

UVA.BHSC

P. Antonius Vergara

Aliud Epos

Facta cano, haud invisa Polo, furtiva Deorum
Pignora, et æternum expilatum è nubibus ignem.
Numen, apex Vatum, geminos celebrata per orbes
Calliope confessa Deam, tu dirige euntem,
Quæ potes extinctum inflammare in carmina vatem.
Impatientem animam, rigido lacerata dolore
Pectora, et exanimos referentem in tempora motus
Iapetionidam subpondere lamentorum,
Virginis os habitumque gerens, diademate pulchro
Æternum decorata caput, succincta cothurno
Purpureo teretes suras pernicibus alis
Advolat, aligerum longa comitante catervâ
Laevum omen per inane tonans æquissima Pallas,
Auspicio meliore beans, hæc edidit ore.
Iapetionides, Superis gratissima proles,
Vnica spes hominum, fax altera, et æmula Solis,
Quæ nova causa latet tanti præsaga doloris?
Quidquid in immenso mundi concluditur orbe,
Quidquid habet tellus, liquidum vè per aëra tranat,
Si modò facta velis, possum committere curæ:
Sum Dea; nec tu vana putes; eia fare, quid optas?
Ille sub hæc tales referebat pectore voces:
Ignifera regione satus; combustus et igne;
Heu! tenebris oppressa iacent mea lumina terris.

Hic

Hic informe genus, sparsum per membra rigorem
Cui nihil aetherei; nullam sub pectore cordis
Protegit imbutam flammam: nec noscitur ignis.
Tunc Pallas sic orsa loqui: super alta Tonantis
Tecta agas, ubi prima novo ~~radiant~~ lumine montes
Alma dies, rapit lucemque è ~~claris~~ naribus efflent
Solis equi, Oceani vasto labet aequore currum
Praecipitem Phoebus, medio petat aethera cursu;
Flammiferis accede rotis, ferulamque voraci
Admoveas Phoebo; et terram, sate, lumine comples.
Vix ea dicta dedit, tenuesque recessit in auras,
Cum subito aethereas pede praepete surgit in arces.
Exequitur mandata Dea: mortalibus ignem
Detulit in terram; facibus complectitur orbem.
Ô res mira! novo clarescit lumine Titan,
Vel novus è Caelo Titan demittitur alto?
Laetior haud unquàm terris, nec gratior astris
Ulla dies visa est, nec tanto lumine Caeli
Atrifere unquàm, rutilo nec purior orbe
Luxigeros Titan rutilanti lampade currus
Extulit, et terras conspexit ab aethere summo.
Te magnum ORVETAM canimus, virtute potentem,
Religione sacrum, geminis te Palladis armis
Conspicuum: te Sceptra vocant, te clamat uterque...

UVA.BHSC

Orbis inexpletum, quo non praestantior alter
Igne beare, virum, atque animos incendere flammis.
Tu Iapeti soboles teneris assuetus ab annis
Igniferos versare globos, et sydera dextrâ
Attrectare manu, (haud spreta pietate) iacebas
Umbriferâ regione sedens (heu!) forsan honoris
Auspicium maioris erit: super aethera surgis
Intrepidus, monstrante viam duce, et auspice matre
Pallade, inextinctum sacrati sydus adoras
Ignatij, flammasque rapis, queis subdita iuvis
Corda virum, mentes, animos, et membra regentes
Fingis in effigiem moderantum cuncta Deorum.

P. Ioannes Franciscus

Octavas al assumpto Heroico.

Voces de Elias el zelo arrebatado,
El que ensalzar intenta con loores
Mi mal cortada pluma; en los ardores
Si equivocarle queres; mas cuydado
Si en registrarle pones los primores
A este zelo sagrado, y consagrado,
De el veras en lo humano y lo Divino
Para la distincion claro el camino.

Es aquel zelo antiguo voraz llama
Que en tristes sombras convertir intenta

A el

UVA.BHSC

A el hombre, y por venganza al Cielo clama,
Sin que de la Piedad se tenga cuenta;
Mas el de este Varon, que el Mundo aclama
Por illustre, è insigne, se lamenta,
Y en lugar de rigores pide al Cielo
Para el hombre piedades, y consuelo.
Pretende aquel, que airado el Cielo arroje
Fuego consumidor, que aniquilando
Al triste peccador le desenoje
Porque no està gustoso no matando;
Pero este aquel incendio solo escoge,
Que mata el mal à el hombre vida dando:
Y assi el que vivifica mas estima,
Que el que matando siempre nunca anima.
Mas ni à este zelo sancto, que dibujo,
De el Profetico faltan los ardores,
Y lo publica bien su activo influjo
Contra los mas rebeldes peccadores;
Y si la rebeldia le redujo
A estas como crueldades, y rigores;
Por no mirar triunfantes los enojos
Çegaba con sus lagrimas sus ojos.
Pero que mucho, si su zelo solo
De el fuego mas Divino actividades

UVA.BHSC

Tomò, para inspirar como otro Apolo
En troncos muertos vivientes Verdades;
Y esto sin duda su piedad pactòlo,
Pues que tanto se opone à las crueldades,
Que à executar no acierta los castigos,
Aunque mas le provoquen enemigos.

Ò Zelo Soberano! quien pudiera
Sin ofenderte irte dibuxando,
Porque mejor el Mundo conociera
Lo que mal la ignorancia està ocultando?
Pero qual eloquencia, aunque se hiziera
Lenguas, tus esplendores publicando,
A conocer le diera: no ay alguna,
Que pueda conseguir tan gran fortuna;

Pues como Yo atrevido aquesto intento
Sin temer del desprecio la censura?
Como con tan audaz atrevimiento
Acometo lo que huie la cordura?
Porque nunca à el amor le faltò aliento
Para abrazar la empressa por ser dura;
Y assi mas quise amante despeñarme,
Que menos fino mas assegurarme.

Pero ya cauteloso me retiro,

No

UVA.BHSC

No sin dolor que el alma me atormente,
Si ya desesperado porque miro
Es mi amante porfia impertinente:
Pues que ser imposible a lo que aspiro
De mi objecto lo dice lo excelente:
Y si para imposibles no ay potencia
Para cuerdos retiros ay prudencia.

Aliud de eodem

P. Martinus de Albarrazin

Igniferum decanto virum, nova lumina Mundo
Æthereis delapsa plagis, sacra pignora Solis.
Musarum Phœbique chorus, tu dirige gressus
Vatis, et optatas in carmina suggere vires.
Tempus erat, cum læta dies Hyperione tecto
Luxerat, è Cælo Clarius dat lumina Phœbi
Nulla supercilium nubes tegit, aureus orbem
Ambit honor Solemque suum nova sydera plaudunt.
Devius errabam per amœna vireta, decore
Mirabar depicta, agnosque in gramine molles
Ludere, nec procul hinc summo de vertice montis
Præcipitantur aquæ, refluo cum murmure Lymphæ
Agmen agunt, respondet ager, ter et ipsa resultat
Echo, per äereas superat vox fluminis oras.
Quid nemus? Umbrosum myrthis: quid semita? Passum
Pandit iter, dulcis circum premit aura susurro

UVA.BHSC

Concentû volucrum, statio gratissima fessis.
Huc feror, hinc tandem lauri viridantis ad umbram
Sternimur, et toto captanti corpore somnos.
Irrêpit taciturna quies, sic dulcis imago
Mollis membra tenet iucunda per otia vitæ.
Qualiter Endymion fruitur cum munere Phœbes.
Nuncius ecce Iovis, tenues hec dicta per auras
Dum trahit, admoto tollit serpente quietem.
Corripe corpus, ait stratis viridantibus herbæ,
Segnis et ex oculis volucrem depelle soporem.
Cernis ut è longis accinctus finibus adstat
Clarior humani generis Vir, fulgida proles
Cantabriæ, laus alta viris, quibus illa Deorum
Maxima maiestas sacros dedit ipse Penates?
Adspicio, signatque Virum, quem cura fatigat
Informeis hominum mentes lustrare sereno
Auspice, sors ter amica, beans tectumque laremque.
Quot quot et hac iuvenes ignita in sede morantur.
Cernis ut ex templo Numen celebrare Cupido
Corripit? advenisse iuvat: mihi credite vates
Nec mora, nec requies, vos vos, precor addite musis:
Discite, queis libeat dictis super alta Prometheum
Sydera ferre. Satum Iapeti longæva vetustas
Finxit in æthereos migrasse per aëra Divos,

Scin=

Scintillam sumpsisse, ferunt, ubi fervida Solis
Lampas inextincto fulget mortalibus astro,
Audaces posuisse manus, eoumque per orbem
Conspersisse facem: paleam dixêre priores
Ignitam, partemque Dei: fax æmula Solis
In terras deducta dedit, spiracula vitæ
Pectoribus sine vita hominum, sic corpora tantum
Vix formata suo fulgent animata decore.
Qualiter æthereo rutilat cum lumine Phœbus:
Nox fugit, et noctis tenebras excudat opacas:
Arva vigent myrthis, violas viridantia prata
Fundunt, et primo florescunt cuncta vigore.
Hinc Iapetioniades ignitus ab orbe vocari
Cœpit, et antiqui, si ritè audita recordor,
Hinc animas dixêre ignem: pro teste vetustas
Sat tibi, sublimeis animos, quibus addita magnis
Herois mens celsa volat, quater addit Olympo
Musa, chelys cytharis, resonus proclamat Apollo.
Quare age, rumpe moras, melioris facta Promethei
Incipe, quid suprema times, nova Principis ora?
Quid vestes, sacrasque manus? Quid in ardua vires
Effingit subiisse favor? Quid Numinis obstat
Maiestas, imitata Deos? Quid fulminis æstum
Solis in imperium blandissima semina flammæ

UVA.BHSC

Rorantem mirare? oculos quid ferre serenos
Turbat? In Ignatij Socios quid et impedit ardor?
Quid prope Divinam spirans è pectore flammam
Zelus in exanimes hominum diffundere mentes
Innixus bona verba fugat? Quid quanta Minervæ
Pugna triumphales tenuit certamine lauros
Deviat in chimeras ad sydera tollere laudes?
Quis timor Ignigenas redamet, quos nomine Jesus
Signat, et in proprias iubeat consistere sedes?
Cerne coruscantem sacrato in vertice flammam,
In maiora subit sceptri incrementa. Quid ultra
Conspicis? Imperij meritam illi spondet Thyaram.
Quid Pulso Lux illa Polo delapsa per auras
Portendit quondam? Regni præsaga futuri,
Signa dedit, totus quantum sibi plauserat orbis,
Sub pedibus calcasse vides: non irrita pergit
Lesuadum immortalis amor. ———
Dixit et in Cælum paribus se sustulit alis.

Eiusdem Auctoris

Poema Heroico en verso Real
al mismo assumpto.

Compassivo Morfeo de mes males,
Y atendiendo begnino a mis fatigas,
Usurpa à la vigilia los sentidos,

Yel

Y el descanso comun me solicita.
Apenas se recogen los cuydados,
Apenas los desvelos se retiran,
Apenas, sin sentir suaves humos,
De los ojos corrieron las cortinas;
Quando sigue à Morfeo reverente
La siempre vigilante Fantasia,
Ligera pasa mares, buela montes,
A la torrida zona se avezina
Y huiendo los Icarios precipicios
Ni al sol saluda, ni su antorcha gyra:
Apresurando su veloz carrera,
Como à centro glorioso de sus dichas,
A la Sierra nevada toca ardiente
Con ayre tanto, y tanta gallardia,
Que al Pegaso imitando movimiento,
Los pasos que estampaba deshacia:
Entrò en Granada, paseò sus calles
Llegò à la mas heroica Compañia
Collegio de Jesus; docta Minerva
En las humanas letras, y Divinas.
Todos sus moradores divertidos,
El tiempo con los Libros consumian,
En lo cuerdo, modesto y religioso

UVA.BHSC

Los Iovenes ancianos parecian,

Estos atentamente se empleaban
En celebrar gustosos la venida
Del muy illustre mui prudente y sabio
El admirable Obispo de Almeria

Quien con su ingenio à honrado à Salamanca
Consagrandola Obispo la illumina
Luz es del orbe que con rayos puros
Las plantas dela Iglesia vivifica.

Poetas elegantes este assumpto
Con eruditos metros eternizan,
Manifiestan agudos los conceptos
Con castellanas frasses y latinas.

Yo por mostrarme qual se agradecido
Triburtarle en obsequios este dia
Mis voces; aunque rudas animadas
De grande afecto, de voluntad fina.

Su ardiente zelo admiro ya en mi idea,
Mas sagrado que el otro que publica
La antiguedad del hijo de Iapeto.
Pues si aquel dela rueda que el sol gyra

Fuegò tomò conque animar à el hombre,
Convirtiendo à la Luz zenizas frias,
Conque se assemejaron à los Dioses

Los

UVA.BHSC

Los animados polvos. Que gran dicha!
Este Prelado Illustre noble en sangre,
Aunque mas noble, el Cielo le publica
Quando lucientes rayos de amor puro
A su pecho sagrado comunica.
Con ellos abrasar pretende al Mundo,
Convirtiendo en imagen de Dios viua
Las animas eladas, que a los hombres
Mas parece destruien que no animan.
Lagrimas tiernas ~~vierte~~ su cariño,
Su remedio amoroso solicita,
Triste el dolor, endechas articula,
Que el afecto interrumpe que suspira.
Vengan, repite, vengan felizmente
Mis vivificos fuegos Jesuitas,
Que abrasen tan elados corazones,
Que tan descaminados hombres visitan!
Prestos acuden a su llamamiento
Los Astros, que tal Sol tienen por guia,
Y discurriendo por sus tierras hazen
Lo que tan soberano ~~[illegible]~~ les inspira.
No de otra suerte el fuego introducido
En las mortales sombras las anima,
Que el Sol quando luciente sale al mundo

UVA.BHSC

Y quanto en el se incluye resucita.
Y quando despidiendo sus reflexos
A el opuesto cristal se comunica,
formando suya vna tan viua imagen,
Que quien no la equivoca, si la admira!
De tal suerte los polvos se animaron,
De tal suerte las almas se asimilan:
Que se puede dudar quien la introduxò
O quien por gracia recibiò la vida?
Que mucho que el Colegio resplandesca!?
Que mucho que esta Casa Luz despida?
Si mora en el vn Sol tan refulgente
Si en ella vn Sol tan luminoso habita?
O Prometheo mexor, que con tus Luzes
Illustrada blasona oi Almeria
Y dilatando tu esplendor su esfera
A Granada tus rayos iluminan
Gozate eternos siglos gran Domingo,
Los Cielos te destinen larga vida
Y por ti viva, quien por ti mereze
Percebir influentias tan Divinas
Las alabanzas de tan gran Prelado
Seguir quiso la vaga Fantasia,
Y dudo si diò fin à sus razones

Asi

UVA.BHSC

O si velando se quedó dormida.
A tan gustoso sueño fin pusieron
Las brilladoras luzes matutinas,
Y de este caso infiero, que es sin duda
Vigilia el sueño, y es soñar la vida.

Aliud Pöema Latinum. Ad illud Ignem
veni mittere in terram. Et finxit in effigie &c.

Quae vis aethereis emissa recurrit ab astris P. Petrus de Candia
Qui stimuli mentes agitant? quo pectora nostra
Igne calent? Quae Phoebeos in pectora fluxus
Irrorant, quae Divinae dant semina flammae?
Spiritus hic astris, caeloque simillimus, ille
Erexitque animos, pectusque afflavit anhelum.
Inclita caelesti tonuerunt corda furore,
Cum mihi se ostentant praeclara facta Promethei,
Qui zelo incensus Fidei, Christique favore,
Astra petens avidus, nitido exportavit Olympo
Spiritus aethereos, miscensque in corpore vires
Adamidum, mentes vitalibus imbuit auris.
Iam nitidum suspendat ebur facundus Apollo
Exanimentque sacrae modulantia plectra sorores,
Dum zelum, flammasque cano, dum facta Promethei
Ignea mellifluo resonent mihi carmina cantu.

UVA.BHSC

Iam mutata sub illo hominum natura Magistro est,
Abstulit errorum tenebras, noctisque profunda
Nubila, longævumque chaos finivit ab alto,
Vndique diffundens illatam cardine Lucem,
Extinctis oculis aciem, Lumenque peremptum
Restituens, opus ignotum nostrisque negatum
Viribus, aërios tractus, Solemque videri
Fecit, et insuetum terræ cælique decorem.
Qualiter in terris splendet Sol, gloria mundi,
Haud secus in populo luxit præcordia Pastor.
Sol etenim terras radiis illuminat, annum
Digerit in partes, nobis alimenta ministrat,
Et quasi Curator vigilans descendit ad ima,
At quantum natura sinit, communicat orbi
Officium, viresque suas: et more paterno
Luminibus fovet, admoto splendore quotannis.
Non aliter currit clarus fulgore Prometheus
Noctes atque dies præ solicitudine Pastor
Anxius impendit gregibus curamque operamque,
Et satis officio facit pro viribus omni.
Omnia quæ Legum Lator, morumque Magister
Instituit Christus, populi resonabat in aures
Semper, et exemplo, plusquam sermone docendo.
Hinc veluti ex alto virtutem gurgite fluxit

Inp=

In populorum animos, et in intima pectora Plebis
Proventus, genus omne boni: concrescet in horas
Fertilitas, frugumque ferax cultura bonarum.
Noxia si proferre caput vidisset in agro
Gramina, doctrinæ rastris, et vomere Linguæ
Mox aderit, steriles prohibens inolescere plantas.
Prodiga distribuit Pietas alimenta ministrat
Plebi inopum, iuvat ægrotos, et debile vulgus.
Hoc veri Pastoris opus, qui pascere curat,
Non morbo infestare pecus, sed morte levare.

Selva al mismo Asunto.

P. Martinus de Benavides

Ocupo, no la Arena
Donde el paso no llega à ser errante
Pues las guellas, que dessa el piè triunfante
Norte son fiel de la campaña agena
Que al acierto conduce al peregrino.
Ocupo, pues, camino
Mas audaz, mas incierto,
Cuio rumbo Divino
Es la vaga region, el sol es puerto.
La region vaga pues, ¿quien no empaña

UVA.BHSC

La diafana tez de su campaña;
Ni ya el rocio immenso,
Ni ya el ave veloz, ya el vapor denso,
Que cae, vuela, y sube
Dela tierra, del nido, y dela nube;
Pues se niegan, ya avaramente raras
Ya raramente avaras
Sus ethereas regiones
Aun à la estampa de sus impressiones.
Tan dificil ensayo
Es empressa (ò sagrada Euterpe mia)
O y demi pluma al timido desvelo,
Suba mi invocacion, tu esplendor vaje,
Para que en su osadia
Sea tuio el impulso, y mio el vuelo,
Remontese, penetre el azul velo,
Bien que la insuficiencia
llegue à hazer temeraria la obediencia.
No ya el atrevimiento
Siga presumptuoso
De aquel, à quien famoso
No hizo la azaña, sino el escarmiento,
De infeliz nombre à Icaro à la espuma:
En tanto, que imitar mi ardor presuma

Alhi-

UVA.BHSC

Al hijo de Japeto
Que al Sol debio respeto,
Pues le ilustrò sin desatar la pluma
Donde la Scitia de su elado suelo
Viò el limite abrigar la vltima planta
El Caucaso atrevido se levanta
A la infinita machina del Cielo:
De los montes gigante
Tal vez le arrima el ombro, como Atlante
Y tal le asalta, como Mon Jibelo.
De sus collados emulo brillante,
Sino emulo azul del azul velo
Fecundo se elevò el Paropamisso
Porque à su cumbre quiso
Fiar su origen, sino ser corona
El Indo que blasona,
Ya por lo generoso,
De grande, aun mas, que por lo caudaloso:
Pues al paiz distante, que enriqueze,
Y al pielago feliz, donde falleze
Con immortal renombre
Les entrega el caudal, y les da el nombre.
Desde allì al alto margen de su Fuente
El pie industrioso daba,

UVA.BHSC

124

Dà la contemplacion alta la mente
Promethes, dos vezes eminente
Que alumno de Minerva le adoraba
Aquel ardor suave
Ya, sino ya severo,
Conque agudo arguir sabe el azero
Y el ingenio vençer agudo sabe
Tanto obligò à la Diosa, que â su culto
Le fabricase, y erigiesse vulto,
Que auxiliar de su ruego
Le fue en la empressa del celeste fuego,
Y logrando dichoso
El Garçon ambicioso
Alas en la defensa de su escudo
De Febo se calô al ardiente coche
Y arrebatando mudo
Vn rayo de sus ruedas,
Bajò à esconder la noche,
Y à ostentar su victoria
Con la voz clara de la hurtada gloria;
Con la hurtada centella, pues, dispuso
No solo el util uso
Del fuego material à los mortales
Sino en estudios mas que liberales

Culti=

UVA.BHSC

Cultivò la razon, venciò su calma,
Y le alumbrò de su aptitud al alma,
Con tan agudo Marte
Que alma infundiò à la ciencia, y ciencia al arte,
Y aun la diò à la escultura,
Pues con aquella pura
Solar astilla del diurno carro
A vida racional animò el barro,
Cuio excelso renombre
La Providencia le çifrò en el nombre.
Ciencia en fin, tan Divina
Fabula fue, pero dexò Doctrina:
Pues fuera à la elegancia
Del ingenio ignorancia
Formar sin consequencia
Dioses el fuego, y hombres no la ciencia.
Oy con mas generosa voz te aclama
(O purpureo Varon, à cuia historia
Es breve el tiempo, estrecha la memoria)
El bronçe de la fama,
Pues à mas claro empleo
Mas culto, mas heroico Prometheo
De mas sacra Minerva arrebatado,
Sino el buelo, la frente al real camino

UVA.BHSC

De la Jerusalem diste triunfante
De donde conseguido: y no robado
Con el fuego Divino,
La alta Sion ilustras militante
Con el de soberana Luz bañado
Puliste, cultivaste.
El barro fragil el humano lodo
Encendiendo, alumbrandole de modo
Que estatuas animandole formaste
Digalo el Tormes, pues te vio en su orilla
Los ombros adornado
De vna de sus togas, pues, maiores,
Respetar tres honores,
Contigo solo reverente el hado.
Tu en la primera Cathedra rompiste
La primera docta Luz à los Lyceos
De aquella sabia Atenas;
Tu pues, al claro rio le deviste
Contar menos arenas, que trofeos,
Mas aplausos, que arenas
Con la metrica voz de sus Sirenas.
Si entonces Cathedratico, ya Luces
Oy Pastor del rebaño, que conduces.
A donde el mar Iberico guarneçe

Clemi-

UVA.BHSC

El eminente muro de Almeria
La estampa, que dexò en la playa fria
Tu pie sagrado impresa
Guarda cortès, y aun proceloso besa
Allì pues, pastoreas vigilante
Tu aprisco siempre fiel, y nunca errante
Pues siguiendo la Ley de tu advertencia
Amoroso redil es su obediencia.
Que mucho? si del Norte se encamina
Del soberano fuego tu rebaño
Que el giro de tus sienes ilumina,
Siendo su util dispendio
Calor à la razon, luz al engaño,
Ardor à la doctrina,
Y à la ferviente charidad incendio.
Ô elevado Varon! en quien Dios suma
Aciertos de Maestro, y de Prelado.
En buen ora presuma
De tu mano al impulso ser la pluma
Veloz; mas el cayado
Mas retorcido al peso del cuydado.
O en ora buena seas
Imitador amante
De aquel Campion flamante,

UVA.BHSC

Cuio fervor, y cuio Magisterio,
Fuè luz del sacro militante imperio
Luz tenaz, que emprendiendose en aquellas
Propagadas centellas
De su heroica sagrada Compañia
Y desjando su ardiente entena, ardiente
Aun de Neptuno el humedo tridente
Llevò al Septentrion, al Austro el dia
El sol Divino amaneciò al Oriente,
Y continuando el luminoso paso
De sus tinieblas desterrò el Ocaso.

De Ygnacio imitador, pues, amoroso
Fuiste siempre de aquel gran Promethео
Que el esplendor Febeo
Luciò inflamado, y emprendiò zeloso
En la ecliptica ardiente de su vida
Cuia carrera, ya que no instruida,
Dexò informada con fervor fecundo
La parte, que del mundo ignora el mundo.

Y tu (O sagrado Principe) bien propria,
Ya que no identidad, oy eres copia
Del gran Loyola, copia esclarecida
Que en sus hijos vertida
Con piedad afluente

Para

Pasa de generosa à Providente
Pues el favor, que à ufano
llega de satisfecho,
lo gran viendo ardiò antes entu pecho
Amante, y liberal luciò entu mano.
Oi mi fiel Compañia
haciendo gratitud desu osadia
Si ai empeño, que al suyo satisfaga
Quando à ospedarte timida seatrebe
Mucho favor tedebe
Pues la deuda es caudal, conque tepaga.
Mas tal vez siendo puro, fino el ruego
Luce en materia poca mucho fuego.
Vive, illustre Prelado,
Del pie que el Almeriense mar venera,
Yaque no el Tasso rubio, el orbe espera
Bese el Tiber tres vezes coronado,
Ydulcemente sus orillas mande.
Yyaque tuno puedes ser mas grande
Sealo vez alguna
Dexando de ser ciega la fortuna
Cresca tu Dignidad, tu altura cresca,
Yalguna vez al merito obedesca.
Vive heroico Prelado, vive, y creze,

UVA.BHSC

Que el aprisco del inclito Loyola
Da (porque todo sea favor tuio)
Con tus glorias sus plumas enriqueze,
Y alienta, sino inflamma
Con sus plumas los buelos de tu fama

UVA.BHSC

Secundum certamen
Melpomene

Elegiacum Poema.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Desideria, quibus informe genus hominum suum expetebat Prometheum, vota ex suo adventu, suoque ex zelo elegiaco plectro concinit Vates.

P. Franciscus Delgado

Ergò exoptatos fas est advertere vultus,
Figere et in plantis oscula mille tuis.
Ergò sydereo delapsus flammiger orbe
Exanimis ignis, vita, salusque venis.
Hoc tantùm vitæ, te suspirare, relictum
Indicium nostræ: cætera funus erant.
Penè aberat sensus: deerant sua verba dolori;
Ast iterat nostro nomen in ore tuum.
Ceu mater quærens, tentum, quem detinet auri
Sacra fames, natum, sedula littus adit:
Caraque cum gemitu permittit nomina ventis,
Et referunt avidè littora curva sonum.
Non aliter (credas) retulerunt concava nomen
Vocibus assiduis saxa perecta tuum.
O propera expectate diu: (queror) interit, eheu!
Unica, spes, vitæ vivida flamma meæ.
Et, nisi tu foveas ignitis pectora verbis,
Quod nostri superest, pulvis inanis erit.

Ignifer

UVA.BHSC

Ignifer ô venias! quæ te mora detinet? aut quæ
Leva datam prohibet solvere causa fidem?
Ut nautam ventura dies, quem turbidus Auster
Impetit, et spumans verberat unda ratem:
Unica sic (miseros!) tenebrosa in nocte iacentes
Adventus refovet spes malè fixa tui.
Eheu! quàm nimium lento pede labitur hora!
Ah! nimium nobis desitiose, veni.
Fortè per exocultos spatiaris floribus hortos,
Inceptique (nefas) immemor officij.
Vive memor nostri: flammas operique relicto
Adijce: vitali perfice cepta face.
Nulla salus miseris: falsa que in imagine somnus
(Invitus quamvis) quod videare, vetat.
Est brevis hoc, (scimus) fallitque haud vera voluptas,
Fert tamen infesto tempore quævis opem.
Sic, ubi lux moritur, celeres Latonaque bigas
Incipit in dubia luce agitare suas;
Protinus (in casum ah!) turres conscendimus altas,
Et face collustrant lumina mæsta vias.
Manè nova insomnes scrutamur, num sit arena
Ictu præcipitis semi-cavata rotæ.
Si venis, exigimur: uimus, si tempora differs:
Spiritus adventu statque, caditque tuo.
Hæc ego dum querulus lacrymis indignor obortis,
Quod gemitus, cantus, te veniente fuit,

UVA.BHSC

Ergò vitali perfuso pectore flamma,
Quod fuerat funus, vita repentè modò est.
Et, quo tu ferves, cælesti tactus ab igne,
Illa Deo, quo tu, pectore verba dedi.
Non potes augeri donis, aliquove carere;
Ast tua, quò stat gloria maior, habet.
Per mare, per terras, per quæ vaga sydera lustrant,
Me trahet in latebras irrequietus amor.
Nullus erit, nobis quamvis longissimus absit,
Qui te non noscat, cùmque probarit, amet.
Nil, nisi te, sapient unquam mea verba, nihilque
Mens, nisi te, sapiet, te nisi, nostra manus.
Non, aliquis, patiar, fessos sopor irriget artus,
Dum sit, qui nutet, displiceatve tibi.
Expetit impatiens pro te tentare pericla
Noster amor: præceps per mala quæque ruet.
Quò feror impudens ius contra, fas que canendo?
Est amor in causa: nescit et ille modum.

Aliud ad idem.

Ergò nè frondentes delaberis hospes in hortos, P. Ludovicus Magenta
Et potitur votis Flora venusta suis?
Ergò nè sacratum lingunt violaria syrma,
Et rosa per nitidos serpit amæna pedes?

Ergò nè ludentes volitant in vertice frondes
    Et salit ante oculos garrula lympha tuos?
Ergò nè Præsul ades? Sic florida sylva susurrat,
    Sic avis ore canit, sic quoque lympha sonat.
Vix primo virides libasti lumine Xystos,
    Et calidas tellus sensit amica faces,
Diffugère nives, rediijt sua gloria campis:
    Vernus, et à tanto sydere Maius adest.
Vernat humus, subitis pubescunt arva corollis,
    Parturit et nitidas arbor adulta comas.
Sponte suâ celeri turgent pomaria partu,
    Grataque festivas area pandit opes.
Te liquidi fontes, saxa et sinuosa, Prometheu,
    Te iuga celsa sium, te mea Musa colunt.
Dulcius et nunquam iacuere virentia fraga,
    Certabant pedibus tangier illa tuis.
Te Granatensis circunsonat hospite noster
    Ignis, et ingenti voce reclamat: ave.
Dulce reclamat ave, volitant cita verba per ulmos,
    Vidaque dulcisonum sylva retorquet, ave.
En tuus ignis adest, proprijs si protegis umbris,
    Nec timet ille nives, nec timet ille Notos.
Sed Paradisus erit, flammat pro limine custos,
    Irrumpet virides bellua nulla rosas,

UVA.BHSC

Tæda sigillabit non vngula pulvere vultus,
Falx neque molle satum densis eburna metet.
Quàm bene currentes tardabant flumina fluctus,
Cerneret vt faciem quælibet vnda tuam!
Quàm bene tardigradæ fulgebant æthere stellæ!
Cynthia lenta fuit, lentus Apollo fuit.
Quàm bene cunctantem vocitat Pianata Prometheum!
Quàm bene in ardentes it resoluta faces!
Vndique vota fremunt, te solum hæc vota vocabant,
Non poterat vacuos, te sine, ferre sinus.
Vndique gratantis saliunt pia vota catervæ;
O faveas votis, ò Deus alme meis.
Proximus ecce nites; at lumina tanta Promethei
Ibant aspectu naufraga penè suo.

Al mismo assunto
Cancion.

P. Emmanuel Sanchez

Si alguna vez templada
En dulce canto prorrumpir debiste,
Lyra poco acordada,
Es oy, quando de ardores de vn Antiste,
Se brindò edificada
La pyra, en que abrasada
Como Fenix acabes,
Formando de tus voces cantos suaves.

UVA.BHSC

Dexa ya humildes vuelos,
Y buelta en mirasol de Febo ardiente,
Remontate à los Cielos;
Y rompiendo su puerta, atentamente
Contempla los desvelos
De vn Prometeo, à quien zelos
De divinos amores
Fuerzan à hurtar al Sol de sus ardores.

Contemplale vestido
En licor por los ojos, conque ausente
De su mesmo sentido
Embebe en si la luz, que justamente
Por premio à merecido
En suplicas rendido,
Para esparcirla luego,
Trocando con el Sol llanto por fuego.

Sigue el rumbo à sus passos,
Que qual rayo fogoso se desliza
Por los aereos lazos
A informar entre quanto el orbe pisa
Los humanos pedazos
De vida tan escasos,
Que si à su obrar assientes,
No son mas que pedazos de vivientes.

UVA.BHSC

Viste en el seco Estio,
Quando al rigor de Febo caluroso
Se evaporiza el rio,
La fuente cierra al llanto deleitoso
Los ojos, que de frio
Con claro desafio
Del cristal transparente
Lloraban en arroyos dulcemente.
Con desalados vuelos
Rodear la paloma los alcores,
Buscando à sus hijuelos
Sedientos, el licor, que los ardores
Contrarios à los yelos,
Ladrones de arroyuelos,
Bebieron sin dexar
Con que el ave su sed pueda apagar?
Viste quando le à hallado,
Abatir à su orilla alados brazos,
Y despues que à bañado
Su pluma, fabricando hermosos vasos
De su buche dorado,
Como rayo tirado
Recogerse à su nido,
A darles el licor, que avian pedido?

UVA.BHSC

No con ansias menores,
Despues que al Sol bebio Prometeo ardiente
Los claros esplendores,
Baxa à animar sus hijos con viviente
Fuego, que en resplandores
Al Sol vence; en primores
De ligereza al ave,
Quanto excesso entre el agua, y fuego cabe.

A Minerva primero
La remontada esfera le dilata,
Ilustrala; severo
Castiga, reprehende errores, mata
El basilisco fiero;
Mentido lisongero,
Que con falsa doctrina
A la verdad su luz borrar machina.

En Justas Minervales,
Donde Soles se miran batallar,
Que en armas literales,
Sainete el mas sabroso al paladar,
Se tornan de Cristales
Con el ardor corales
A quien dieron la palma,
Sino à quien otros Soles dan el alma?

UVA.BHSC

Con pregon tan sonoro
Que al mas distante ingenio llega el eco,
Se publica tesoro
De ciencias, Salamanca, con que el Sueco
Capaz à todo el oro
Del mas sabio decoro,
Aun bosa todavia
Desde que en el tu luz arder se via.
La fama voladora,
Que con alados remos, linces ojos,
Con lengua habladora,
Buela, escudriña, parla, y en abrojos,
Que punzan, siempre mora:
Al mas sabio desdora,
Y al mas copioso Nilo,
Si toda el agua no, le quita vn hilo;
Tan justa en tu honor suena
Que à tal voz, en los premios presuroso
El eco ya resuena,
Aunque remisso, ò menos venturoso,
Nos mitiga la pena,
El saber, que no llena
La voz, porque el traquido
Tanto volò, que el eco aun no à surtido.

UVA.BHSC

Si permites, que amante
Pronostique los ecos de tu fama,
De tu zelo incessante,
Con que abrasar ~~intentas~~ en la celeste llama!
Intentas tan constante
El pecho mas diamante;
Permite, rompa el velo
A tu obrar, à tus luces, y à tu zelo.
Mas ay! que se abrasò
El Fenix de mi lyra en tanto fuego,
Quando el lienzo intentò
Desembolver, y à tantas luces ciego
La citara quebrò,
Y al romperla muriò:
Mas si otra vez renace,
En vos tendrà otra vez con que se abrase.

P. Petrus de Candia

Elegia alia ad idē.

Heu mihi, quàm densis velantur sidera nimbis!
Non dispar nox est, quâ meus ignis abest.
Aspice iam lachrymas hominum tot ab ore fluentes,
Aspice tot madidas, quas humus hauxit aquas.
Aspice quas misero fundunt ex corde, Prometheu,
Aspice, quas fundunt pectora mæsta virûm.

UVA.BHSC

Aspice quàm sacris stimulantur pectora votis,
    Et lucem assiduè nocte, dieque petunt.
Ora tument, pia corda madent, et viscera clamant,
    Ignifer, ò flammas, Ignifer affer opem.
Pastor, cui superûm ardescunt corda favillis,
    Flammescant paribus pectora nostra rogis.
Non pigeat nostris propere miserescere damnis,
    Non pudeat levibus, Pastor, adesse malis.
Iam, Pater, et Pastor, proprium cognoscito ovile,
    Hæc sunt Pastoris munera, suntque Patris.
Ò adsis tandem radiantia sydera linquens
    Luce vehens lætum, Sol mihi fauste, diem.
Ò si cælestes nitida cum lampade flammas
    Nunc videam, arcanas igne micare fibras!
Sat mihi solaris fulgor, sat vivida virtus,
    Quæ venit è radijs, ò mihi Phœbe, tuis.
Igne venit nomen, quem tu mihi lumine fundes,
    Quem pandes radijs, ò mihi Phœbe, tuis.
Captivos rapias homines, desuetaque corda,
    Atque iterum exantes sub iuga sacra voces.
Accendasque animos dulci virtutis amore,
    Ad superos tutam, quæ parat vna viam.
Ò vtinam longæ fungantur munera lucis,
    Exigat et placidos tempus in omne dies.

UVA.BHSC

O quibus is splendet radijs! tu lumina fundas
Nostra bees pleno lumine corda tuo.
Jam tandem ad nostras dilecte adlabere terras,
Lumen, noster honor, maius, et ipse, decus.
Esto igitur nobis filijs Pater, esto precamur
Egregium lumen tempus in omne tuis.
Hae portes redeundo tuis, Pater optime, natis,
Huc venias propior, qui peregrinus eras.
Dum redeas, augentur opes, et munera cæli,
Vix capiet parvus munera tanta sinus.
Divinos videant penito sub pectore motus!
Sentio iam Superi fervida flamma Poli!
Optatâ iam luce datur, vultuque potiri,
Omnia tu fausto lumine, et igne bees.
Tu lux pellendis animorum clara tenebris,
Gloria vera gregi, tu, decus omne, tuo.
Vita trahes tecum, subeundo munera lucis,
Haud nocte, haud tenebris interitura nigris.
Vita redit cum Sole astris, et vivida terris
Vita, novâ flammâ cum redeunte, redit.
Pecto citò flammas, quibus hæc mala flamma recedat
Quæ vexat rabida pectora nostra lue.
Eia age, nubivagos propero pede tundito ventos,
Te sine, Pastoris munere, terra iacet.

UVA.BHSC

Tertium certamen

Euterpe

Bucolicum Poema.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Humanitatem et Curam erga sibi subditos commendat Ecloga. Ad illud Ovidij.

Tristium lib. 2º

Atque fauis nec te quisquam moderatius unquam
Imperij potuit frena tenere sui

Corydon. — Lycidas. — Palæmon. —

P. Petrus de Contreras

Lyc. Quam primum lux alma diem ventura reducat,
Et matutinus consurgat Lucifer Idâ:
Cory. Solve pecus Corydon, fatum prius excipe mulctris,
Et teneros deduc hædos: hinc plurima varas
Arbutus expandit frondes, tamen apta tenello
Esse gregi didici, primos cum ducere partus,
Vbere vix pulsos doctus Pater ipse monebat.
Cory. Multa iubes; sed tarda manus, fas te quoque parvo
Indulgere gregi; vel si labor omnis in unum
Me miserum vertit sese, quod lentus in umbra
Otia grata gerens solêris arundine sylvas
Fallit te nimium mens, et spes pascit inanes.
Nondum decedens geminat Sol aureus umbras:
Errat adhuc corilos virides micat en super ulmos,
Et te cura subit, pastas ad mulctra capellas

UVA.BHSC

Cras agere et teneros subducere Matribus agnos.
Non est crede mihi, quo quis se prorroget ævum,
Quam captare leves, ubi Vesperus excitat auras,
Laxatisque animum curis lenire Laboris
Immemor, ista via est, sed non hac itur ad astra.
Duc age pallantes pecudes, et flumina multo
Ore bibant. caveas tamen illa haud devia ripis
Erret ovis, quoniam musco stant lubrica saxa,
Neu mediis prolapsa ruat peritura fluentis.
Mollior in multis labor est partitus, vterque,
Tu fontem pecudes, ego mox armenta trahemus.
Lyc. Iurgia pone ferox, atque obijcienda memento
Parcius ista viris. noster venit ecce Palamon.
Post ego, dissimulare, licet modo: Palæ prospera surgat
Vobis clara dies, et Iuppiter augeat annos.
Formose nimium pecudes, pecudumque Magister
O fœlix nimium, cuius notissima Sylvis
Fama viget. totum, sed qua sparsura per orbem,
Et faciles sine labe suos, et nomina, mores.
Mirabar tonsis errare in montibus agnos,
Et teneros hædos et raptos vbere fætus:
Tum gravidas ovium tractum distendere mammas
Lac cithyso, et tardos per pabula læta iuvencos.
Fælices iterum Domino pascente per omne

Exu=

Exulet herba nocens, vbi vos pascetis, amare
Est procul salices, tantum date pabula flores,
Quas legitis Nimphæ, calathis, quas fertis adaras.
Lyc. Vera fateris: enim dum nos habet vlla voluptas
Ruris et erecti montes vallesque profundæ
Delectant, mollesque late despeximus vrbes:
Pulchrius in Sylvis nullum pecus, ardua nulla
Per iuga pascentur pecudes, aut flumina potant.
Vos corili testes, veneri et gratissima myrta
Vos Fauni, Satirique leves, et tu quoque Palles.
Pala. O quicumque es tu Pastor formose, Deorum
Delicia, cui clara vetant exordia Sylvas,
Aut humiles habitare casas, dat temporis altus
Iuppiter ire moras, differt maiora, paratque
Consiliis interea, norunt sacra omnia quercus.
Te modo dum exiguum, parvaque in imagine latus
Pascis ovile, tuos et contemplaris honores,
Ne pudeant Sylvæ, coluerunt Di quoque Sylvas.
Cory. Vitis vt arboribus decor est, vt sentibus uvæ,
Vt gregibus tauri, nemorique arbusta sonanti,
Sic avo decus omne tuo. Lyc. Quantum ardua surgit,
Inter et vmbrantes quercus caput erigit alnus,
Quantum lenta salix viridi concedit olivæ,
Tantum Pastores inter tua gloria maior.

UVA.BHSC

Vos graviora meis docti date carmina Vates,
Digna sophocleo, sua carmina digna cothurno.

Festivos plausus ob tanti Principis adventum
Pastoritis Ecloga decantat.

P. Franciscus Gutierrez

Tytirus, Et Melibeus

Melib. Tytire cur mixtas inter non sedimus ulmos
Hic corilis siquidem soli convenimus ambo?
Tu et calamos dispone leves mea fistula suaves
Effundet modulos, gracilesque sonabit avena.

Tyt. Tu maior: minimum tibi me parere, necesse est.
Si vel in incertas ventis crepitantibus umbras
Effugias, antrive petas penetralia, cuncta
Hærent, attonitæque, canens, dant carmina sylvæ.

Melib. Montibus his solus curat te excedere Amyntas

Tyt. Non miror: nostrum curet si vincere Phebum
Carmine. Melib. Pro more, ignorant, qui carmina nullas
Proficiunt, effunde sonos, da grata roganti
Verba, nec abstas, calamos animare canendo.
Experiar, scripsi nuper quæ cortice fagi
Carmina, ego recubans, repetensque in voce notavi.
Lenta salix quantum illa cedit summittitur ulmo,
Quantum purpureis cedit saliunca rosetis,

Fert-

UVA.BHSC

Fert animus, tantum ignarum tibi cedere Amyntam.
Eia age nunc gracili resonent tua carmina buxo:
Est enim paribus minime compacta sicutis.
Tibia, quam Corydon dono mihi cessit amanti
Dulcia semotis procul hinc concentibus urgent
Nuncia, festivus referam quae. parcito duli.
Nostrae aliquando Cheli: Melib. videt mens nuntia grato
Percipiam vultu, grates et reddere dignas.
Iudico, quae sint haec, facilis da Tytire nobis.
Tyt. Montibus est niveis circumdata nobilis una
Vrbs, inter reliquas cunctis notissima fama
Dives opum, quam stultus ego, Meliboee, negaram
Dissimilem nostrae, capras ubi saepe solemus
Custodes ovium manibus mulgere petulcas,
Illa tamen reliquas inter supereminet urbes;
Quales parva solent inter virgulta cupressi:
Melib. Vrbis, quam tanto describis carmine nomen
Dic mihi, Tyt. Granata est, magnus quam Orueta et honorat
Appulit huc causa illustrem, lucemque creandi.
Melib. Tytire nostrum animum recreasti, protinus urbi
Illiberi accedam, tantas ubi cernere possim
Laetitiae causas, Corydon hoc, noster, ovile
Intereà pascet, tu Tytire solus in agris
Hic maneas, de more pyris has insere vites

UVA.BHSC

Ordine disponas: nec enim levis urbe morabor.

Lyt. O nos felices, quibus haec tot gaudia fecit
Ipse Deus: iam nunc securi ludite cervi.

Alaban el zelo del Ill.mo S.r Obispo
de Almeria D.n Domingo de Orueta.

P. Martinus de Benavides (Doriano. Gilote. Anton y Bato Pastores)

Dori. Nadie seme escuse,
Que en esta ocasion
Se debe à los labios
Todo el corazon.
Que es alto el assunto
Digeralo yo,
Pero que impossibles
No vence el amor.
Pues rusticos somos,
Con mucha razon
Todos nuestros ierros
Merecen perdon.
Si no lo alcançamos
El mismo me soy,
Tan sabio me quedo,
Como todos sois.

UVA.BHSC

Alto pues sagales
Gilote, y Anton
Y sigales Bato
Vaya de Cancion

Bat. Pues digamos todos,
Mas pescudo yo,
Es este el que à todos?
Causa admiracion?
El que en el Emporio
Del orbe mayor
En todas las ciencias
Tantas luces diò?
Aquel que por dicha
El Cielo les diò
A los de Almeria
Por digno Pastor?
A quien todos aman,
Pues desde que entrò
Huerfanos, ni pobres
Saben de afliccion?
Al que las Serranas
Llaman à vna voz
De perdidas almas
Nuevo Redemptor?

UVA.BHSC

Pues con zelo ardiente
De la salvacion
De sus ovejitas,
Traxò la Mission?
Aquel Prometheo,
Que al Cielo subiò,
Y al Sol de su carro
El fuego robò:
Conque si pudiera
Cada corazon,
De Dios abrasara
En muy fino amor?
Aquel de quien dicen,
Que à su corazon
Parece que Ignacio
El fuego arrojò?
Aquel que se muere
(Y lo creo yo)
Por los que son hijos
Desta Religion?
Pues des de que vino
Todo el mundo viò,
Que si muchos vienen
Tantos hospedò?

UVA.BHSC

Sin parar en este
Tan grande favor,
Sino que en regalos
Les muestra su amor.
El que dize siente
Con grave dolor
No tenga estos hombres
Su jurisdicion:
Cierto tal pesar
No tuviera yo,
Pudiendo traer
Monsses del tardon.

Anton Ay, que desvaria,
Digeralo yo,
Que duraba mucho
Hablando en razon

Dori. Prosiga Gilote
De la flauta al son
Cante lo que a todos
Sera suspension

Gilo. Yo, Señor, confiesso,
Que es implicacion
Pedir del mas docto
De esso explicacion:

UVA.BHSC

Quando saben todos
(No es adulacion)
Que infinitas gracias
El cielo le diò
De lo que oy se mira
Quien no se admirò?
Que afabilidad!
Con que discrecion!
De Ygnacio à la Casa
Con[f]essaban oy
Que iuse à hospedar
Le obligò su ardor;
Pero no me espanto,
Que hijo le heredò
El ardiente zelo,
En que se abrasò.
Que murmure Bato
No me admiro yo,
Si tonto y malicias
En el se juntò.
Y assi yo dire, que en esta ocasion
Mejor es callar
Por quedar mejor.

UVA.BHSC

Dori. Pues Anton que dices?
Anton. Nada digo yo,
Sique para Obispo
De Roma es mejor.
Ysi Cancion ay
Decidla que yo
Estoi de admirado
Sin saber do estoi.
Dori. Todos te seguimos,
Pues tu Musa oy
A todos avisa
De su obligacion

Soneto

Llorando por su amado Magdalena — Idem Auctor
Con suspiros de el alma repetia
Llevaron me à mi amado: ay gloria mia
Si nti no abra remedio à tanta pena.
No de otra forma triste Philomena
Cantar quiere sus penas Almeria,
Ay que estoi sin Pastor, sin luz, sin guia
Dolor, que dela vida me enagena
Querido esposo donde te detienes?
Mas yo conosco que tu amor medite

UVA.BHSC

Que Donacio te entretiene pues no viene.
O quiera el Cielo, que fauor que yo infelice)
Miren las tres Coronas entus sienes,
Y qual Fenix tu vida se eternize.

Alia ad idem.

P. Ludovicus Maqueda

Lycidas — Corydon.

Licy. Quid gemitus iterans, Corydon, sacra sydera pulsas?
Quid ve sub hac viridi Platano, quam fronte serena
Faunus alit, recubans tacita meditaris avena?
Cory Pectore iam dudum, non qui silvestria dicant
Voluimus, ô Lycyda, cantus nec arundine agresti
Qui celebrent teneros sylvis Amaryllis amores.
Sed quibus Empyrei dulci modulamine possint
Numina cantari, saeclorumque aureus ordo,
Quo fortunatus modo Granatensis ad oras
Ignis adest, multo stipatus honore Prometheus,
Qui ignigenas virtute regit, pacemque togatam.
Licy. Dulce quidem meditaris opus; te mitis Apollo.
Respicit, ô Corydon, digitis animare choreas
Incipe, et his scopulis per grata remurmuret echo.
Cory Inter amoena (licet videatur agreste Poëtis)
Prata cano carmen, sylvis memorabile tantum,
At mea rusticitas, quae non valet arte polita

Dicere.

UVA.BHSC

Dicere, nec suavis tenero modulamine Musæ
Ingenti pietate queat, vel amore probari.
Illa mihi dulcedo est, qua Tytiry olim
Floruit, his chordis et paucus oberrat Apollo.
Tytirus ille quidem sonuit dulcissimus agris,
Prata, gregesque beans calamis, levibusque cicutis:
Mulcebat sylvas cantu, taurosque feroces
Edomuit, trucibus miro cum fœdere, et agnos
Conciliare lupis potuit, plausere canenti
Non semel arbores trunci præruptaque saxa.
Lyci. Dona petis, Corydon, cælestia; Tytirus esse
Nolis, nam exiguo pacantur carmine Cæli.
Incipe, ne dubita, nova Præsulis omnia chari
Namque tuos calamos non despectabit Olympus.
Cory. Ab Jove, qui modulis celebrat data munera Cæli,
Principium capiat, qui terrea sumat ab orbe.
Fulgida: sed mitis Prometheum munere Olympi
Astra dedere mihi; sic sumo exordia cantus
A cælo, inque meam sortem modo numina testor.
Jupiter alme parens, terras qui fronte serena,
Spumantis pelagique undas, atque ætheris ignes
Æterna sub lege regis, nisi fallor ab axe
Misisti hunc ignem, regat ut mortalia, magni
Numinis indutus forma, seu numinis alti

UVA.BHSC

Progenies, vix namque aureo pede singilis intrat
limina, cum ditem tanto cum Principe mentem
Gaudia pertentant, novus ardor pectora pulsat.
Innumeros igitur Princeps hic vivat in annos,
Sit felix, vivens miseræ contagia vitæ
Nesciat, ast superi scandat pallatia Cœli.

Lyci. Ni fallor, Pastoris agit pia munera, ovile
Ut tanto custode erret per compita tutum.

Cory. Falleris haud, Lycida, munus Pastoris obibit.
Nonne vides pratis audito Præsule, mites
Exultare greges? videri, ut stupefacta cicada
Conticuit? nemus omne animi cum poplite flexo
Pastori applausit, croceoque coronat achanto.
Flora novos fœtus producit, dulcia tellus
Poma parit: veteri sylvarum Faunus agrestis
Imperio cedit, Prometheo tradit habenas.
Inclytus hic Pastor nostris dat montibus alma
Pace frui, nec dente lupus direptor ovili
Instabit, securus erit grex traditus arvis.

UVA.BHSC

Quartum certamen
Clio
Poema Lyricum.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Gratulatur Prometheo pro electione
ignis ad homines cælesti vita ef-
formandos. Lyricum.

At, quid sonorum per iuga labitur, P. Petrus Contreras
Pyndus per Axem, quâ caput erigit:
Commissa ventis, sed sororum
Carmina consocianda plectris
Spargit Cytheron? Quæ nova tot sibi
Coniurat Cælex, otia proterens
Fortuna Divinos furores,
Totque sacro ciet ora cantu?
Festiva votis annuit, illa novem
Inter, sepultis sæcula quæ vetat
Iacere fastis; sed virorum
Gesta canit referenda Cælo.
Vides ut altè fervida promicet
Chors reclinis, quâ viret innuba
Laurus, sed instanter Dearum
Solicito bibat ore fontem?
Vides micantem tempora Delion.
Ut clara nectat floribus impiger
Inspiret ut Vatum sacratis
Pectoribus, stimulosque condat?

UVA.BHSC

Sic non premendis nocte, nec irrito
Prædam futuris, heu lachrymabilem!
Austro: sed æternum manendis
Carminibus renovant per omne,
Contra rigenti marmora quà gelu
Arctoa sese littora non agunt;
Vel quà deauratus revelat
Prima petens loca Phœbus oras:
Cùm clara, pernix, nubila discecans,
Tractusque Cœli, natus Iapeto
Ignem reducturus negatum
Corripuit petiitque terras.
Hinc inde tractis credite posteri,
Membris humanam, non sine Numine,
Molem laborarit daturus
Æthaream trahere inde vitam.
Mens unde venit vel Iovis æmula,
Cœlique compos: sæcula tunc retro
Fluxere, vexis, et Deorum
Irriguo domus alta fatis,
Auro renidens deposuit trucem
Festiva vultum, miscuit et suos
Sonora plausus, dum iacentes
Fulgura non petitura terras

Excol=

UVA.BHSC

Exolvit: Io ter sonet ô modis
Altè canendus sed gravioribus,
IGNIS: relatus tuque Cælo
Ambrosiam bibiture Divum,
REPERTOR. Ô cui conscia mens Iovis
Maiora cœptis præparat inclytis!
Ô digna Cælo Virtus et quæ
Colloquijs fruitura Divum!
Non prona semper, nec pede lubrico
Declinat ætas; vel vitijs trahit
In peius obnixè, reverti
Nescia; sed peritura, mentes,
Dies. In ævum sæcula prorruunt,
Sed torva ferro mole cadunt suâ:
Mox, pace prætenta, renident
Aurea, depositoque sæcli
Vultu prioris. Se tibi, se decus
Hoc, Magne debet: luce carentia
Ævo iubes nostro peractos
Aurea bis remeare sæcla
Cursus semel: tunc cum sacer ignibus
Cælo petitis arte novâ rudes
